



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. IV. An hæ proceßiones sint per intellectionem & volitionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

## Per quas actiones sint Processiones. Sect. IV. 253

communicatur ei intellectus, seu natura; de quo postea.

**V.** *Qua ratione processiones divinae sunt ex facultate naturae.*

Objicit quartus: processiones iste sunt ex fecunditate naturae, ergo non per intellectum & voluntatem. Negatur tamen consequentia: quamvis enim Processiones divinae sint immediate per intellectum & voluntatem, dici possunt esse ex fecunditate naturae, licet natura, non per se immediate, sed per suas facultates operetur: sicut in variis substantiis creatis contingit, quæ secundum probabilitatem sententiam, non per se immediate, sed per suas potentias operantur. Radicalis nihilominus fecunditas in praesenti provenit ex infinitate naturae; utpote quæ in omni re est prima, seu fundamen-  
tum; unde quicquid perfectionis in re ullâ est, tribuitur natura.

**VI.** *Cur per alias attributa non sint processiones, sed per intellectum, & voluntatem.*

Objicit quintus: æternitas, immensitas, & alia attributa nihil producunt, ergo nec intellectus & voluntas. Nego consequentiam: operationes enim ad intra propria sunt intellectus & voluntas, ut in creatis videmus. Omnipotens nihilominus, ut ab intellectu & voluntate distinguitur, est principium operationis transcendentis, seu ad extra.

### SECTIO QUARTA.

#### *An haec processiones sint per intellectum & volitionem.*

**I.** *Status praesenti diffinitatis.*

STENDIMUS sectione precedente, si intellectio & volatio à natura suo modo distinguantur, processiones divinas non esse à natura immediate, sed per intellectum & voluntatem. Nunc ergo ulterius querimus, utrum formaliter sint per intellectum & volitionem, an aliquid aliud ad eas debeat concurrere.

**II.** *Ad rem hanc melius percipiendam notandum processiones divinas, in duplo esse differentias, activas alias, alias passivas.*

*Paternitas est processio activa, Filiatio processio passiva.*

Ad rem hanc melius percipiendam notandum processiones divinas, in duplo esse differentias, activas scilicet, & passivas. Processio activa est illa, quæ una Persona aliam producit, et quæ hac processio in ipsa Personâ producente. Passiva autem processio est illa, quæ tenet se ex parte Persona producere. Paternitas exempli gratia est processio activa, quæ Pater producit Filium; Filiatio vero est processio passiva, in Filio existens: & idem est de Spiritu Sancto respectu Patris & Filii. Hanc divisionem Processionum tradit communis Theologorum Schola cum S. Thomâ hic, q. 40. art. 2. corpore, & q. 41. art. 1. & 5. & alibi; et quæ hac doctrina ad presentem questionem recte intelligendam planè necessaria.

**III.** *Quid in praesenti questione peculiare faciat difficultatem.*

Præfens ergo difficultas est, utrum Processiones divinas, per quas scilicet Filius & Spiritus Sanctus producuntur, sint per intellectum & volitionem, an haec actiones generandi & spirandi sint actus intellectus & voluntatis divinæ, ab actuali intellectu & volitione distincti. Ratio autem dubitandi est; intellectio enim & volitus sunt omnibus tribus Personis communes: ergo si per intellectum, & non per aliam actionem Patri peculiarem (idem est de volitione respectu productionis Spiritus Sancti) procedat Verbum divinum, omnes tres Personæ generabunt, cum omnes perinde intelligent.

**IV.** *Per quas operationes dicitur Scotus Personas procedere.*

Scotus itaque in 1. dist. 2. q. 9. §. Objicitur, duplum in Deo intellectum, seu actum intelligenti distinguit, essentiali unum, omnibus tribus Personis communem, aliam notionalem, sic dictum, quod per eum una Persona ab aliis dignoscatur, & hunc appellat dictum. Per primum ergo actum,

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

seu essentiali, negat Filium procedere, ob rationem numero precedente positan; sed Divini Verbi generationem esse ait per secundum, seu per dictum, hic enim actus est Patris proprius, & consequenter aptus, ut per eum producat Filium. Eodem modo duos actus voluntatis in Deo distinguuntur, Amoris, & Spirationis, & per hunc ait Patrem & Filium producere spiritum sanctum.

Hunc Scoti discursum à Theologis passim rejici video: duobus tamen modis intelligi potest, & in altero mihi non omnino à vero aberrare videtur; nam inter intelligere & dicere, affirmare omnes debent, dari in divinis differentiam, cum omnes tres Personæ intelligent, omnes tamen propriæ non dicant, sed solus Pater. Et idem est de amore essentiali, & notionali, nempe spiratione activâ, quæ operatio soli Patri & Filio competit.

Primum itaque intelligi potest Scotus, quasi duplum in Deo statuar cognitionem, seu representationem objecti, ratione saltem distinctionem, quarum una sit essentialis, & toti Trinitati communis, altera notionalis & peculiaris Patri: hoc autem dici nequit: frustra enim hoc modo multiplicantur in Deo cognitiones, cum essentialis, in ratione representationis & perceptionis objectorum abunde sufficiat. Deinde non potest in Deo multiplicari duplex intellectus, quorum unus sit essentialis, alius notionalis; ergo nec duplex intelligere, intellectus, antecedens constat: eodem enim modo omnia alia attributa multiplicari deberent, dicique dari in Deo duplex notionalis.

Tandem, intelligere illud notionale, redditur ejusmodi, seu propria Patris per aliquam relationem, seu personalitatem, relatio autem ac personalitas non sunt cognitio aut representatione, Pater ejusmodi per relationem, nec per Paternitatem intelligit formaliter, nec per Filiationem, alioquin esset sapiens & intelligens formaliter per Verbum quod producit, hoc autem nullâ ratione est concedendum, ut fusus ostendit S. Augustinus lib. 7. de Trin. cap. 3. & Verbum à se alibi. Existimo ergo mentein Scoti intelligendam productum, esse iuxta sequentem sententiam;

Verus itaque rem hanc explicandi modus est, ut dicatur, unum tantum in Deo esse intelligere, seu cognoscere, idque toti Trinitati commune; fieri autem notionale, & determinari ad Patrem, reddi dicere dictiōnem, & generationem activam per relationem Patris. Spiratio item, in actuali volitio-  
ne consistit, connotando relationem Spiritoris. Haec tamen relations non ad intelligendum & amandum conferunt, sed ad producendum: ita Suarez lib. 1. de Trin. cap. 7. Valq. 1. p. disp. 112. cap. 3. Arrubal hic, disp. 97. cap. 3. Beccanus 1. p. cap. 1. q. 2. Tannerus 1. p. disp. 4. q. 2. dub. 3. Granado hic, tract. 1. disp. 3. scit. 3. & alii.

Solum noto, quamvis detur in Deo vera & realis potentia generandi & spirandi, tamen non est hec potentia respectu actuum generandi & spirandi, sed respectu terminorum productorum, Filii scilicet & Spiritus Sancti. Unde quando S. Thomas 1. p. q. 41. art. 4. ait dari in Deo potentiam respectu actuum notionalium, recte cum exponit Cajetanus ibidem, solum velle illum, dari hujusmodi potentiam ad actus notionales, non secundum se, sed quoad terminum productum, seu ad summum ad processiones passivas, non activas.

Y

SECTIO

*Intellectus & dicitio.*

*Amoris & Spiratio.*

*Hoc Scotti sententia duobus modis potest intelligi.*

*Quo sensu Scottozatio nensis resti cienda.*

*Admitti nisi quid in Deo duplex intellectus, et alius notionalis.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Admitti nisi quid in Deo duplex intellectus, et alius notionalis.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*

*Pater non intelligit formaliter per relationem.*

*In ordine ad quos terminos detur in Deo potentia generandi, & spirandi.*

*Scotio sententia.*